

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**  
**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**  
Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 37vb  
Odczyt: Maciej Mikuła  
Artykuł 122 [Gn. 114]

[122 § 1] <sup>a</sup>-Ubi de Hallis sentencia recipitur cum reprobatur. Capitulum |cxxxv <sup>b</sup>-|  
CXIII.<sup>-a</sup>

Nunc attendatis de hiis de Hallis, ubi [*k. 44vb*] reprobatam sentenciam reprobare debent, si ignoraverint, aut si sentencia reprobata fuerit<sup>c</sup>. Hanc in Meydburg recipere debent et Meydburgenses eis dare debent ante quatuor scabinos et scabini ipsorum ius dare debent, quia in posterum opportet ipsos esse testes, si necesse fuerit, quod sentencia ritte et rationabiliter sit data absque qualibet contradictione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sentencia diffinitur, ex utraque parte, ubi se[n]tencia fuerit reprobata, qui audierunt et viderunt, quod utriusque parti iusti[ci]a fiat et iudex eos in expensis procurare debet [in] eundo et redeundo.

[122 § 2] <sup>a</sup>-Quando sentencia reprobate reportatur.<sup>-a</sup>

Si sentencia sub banno regio reprobata fuerit, tunc reportari debet infra octo ebdomadas. Si autem sub commitis banno reprobata fuerit, tunc reportari debet infra duas septimanas, quia scultetus habet bannum a comite et scultecia a domino terre. Idem vero habet burgrabius [*k. 45ra*] bannum a rege, iudicium a domino terre.

<sup>a-a</sup> czerwonym inkaustum; <sup>b</sup> skreślone przez autora podstawy; <sup>c</sup> w rkp. fuerint

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciwi, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgravia, prawo]